

## Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per  
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,  
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia  
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1719**

Quæst. 81. Quid possit circa approbandoſ & reprobandoſ confessarioſ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](#)

verò dispensare possit in interstitiis ordinum non nisi in iis casibus, in quibus dare potest dimissorias, & non nisi cum arctatis intra primum annum vacantiæ, vide qu. 480.

2. Resp. Ad secundum & tertium: Capitulum Sede vacante potest aggratiare, seu pœnam post latam à se vel defuncto Episcopo sententiam remittere; cùm id pertineat ad jurisdictionem ordinariam Episcopi, alii contrarium tenentibus. qu. 481. Sic etiam juxta probabiliorem concedere potest indulgencias; eò quod id sit actus jurisdictionis.

*Quæst. 81. Quid possit circa approbando & reprobando confessarios?*

R Esp. Potest approbare confessarios. Idque extendendum ad Capitula inferiora, quorum Praelatus exemptus jurisdictionem episcopalem habebat in populum fidelium, secus, si non habebat illam in populum seculari. q. 483. Sic etiam sémel approbatos à defuncto Episcopo Seculares revocare potest ad examen, & inventos inidoneos reprobare. Idem quantum est de jure communi, potest circa regulares, quod minus tamen id possit, obstant eorum privilegia, quæ tamen non obstant, quin id possit Episcopus Successor defuncti. qu. 484.

*Quæst. 82. Quid possit quo ad Cognitionem Causarum arduarum, matrimonialium, feudalium?*

R Esp. Cognitio quarumcunque causarum ecclasticarum quod ad primam instantiam transit ad Capitulum. qu. 485. Potestque cognoscere arduas, & inter has etiam causas matrimoniales, non tamen, si quæ fuissent specialiter delegata Episcopo ejusè Vicario; uti nec alias valde arduas. qu. 486. Sed neque cognoscere potest causas feudales, aut etiam infeudare, seu novas investitures concedere, vel veteres renovare, vel feudalitatis juramentum à feudataris recipere: Secus tamen, si feudum spectaret ad Episcopum & Capitulum simul. qu. 788.

*Quæst. 83. Quid possit quo ad assistendum Matrimonio?*

R Esp. Potest assistere matrimonio, alterique ut ei assistat, date licentiam. qu. 487.

*Quæst. 84. Quid possit quo ad ultimas Voluntates & Additionem Hæreditatis?*

1. R Esp. Ad Primum: Potest exequi, immo & commutare ultimas voluntates defunctorum, quatenus id jure ordinario competebat Episcopo; secus, si jure speciali. Sic etiam potest compellere alios executores ad exequendum testamento intra annum, & iis negligentibus, illud per se exequi potest. Item compellere executores piarum voluntatum, etiam religiosos ad dannas rationes executionis. qu. 489. Ut & exigere rationes ab administratoribus piorum locorum. qu. 490.

2. Resp. Ad Secundum: Adire hæreditatem ecclesiæ legatam potest, quam tamen Episco-

pus Successor, ubi damnosam reperit Ecclesiæ, poterit is beneficio restitutionis in integrum eam repudiare. qu. 491.

*Quæst. 85. Quid possit circa Alvenationem bonorum Ecclesiæ & litigandum super iis?*

1. R Esp. Ad Primum: Potesi quidem Capitulum authorizare alienationem bonorum ecclesiæ inferioris in casu, quo id poterat Episcopus. qu. 492. non tamen donare jura Episcopatus, aut alienare bona immobilia aut mobilia pretiosa, quæ servando servari possunt (secus est de bonis mobiliis, quæ servando servari possunt; ea enim ab illo distrahi possunt, etiam sine autoritate superioris) ecclesiæ vacantis, aut ea ad suam mensam transferre (uti nec bona seu emolumenta obvenientia ratione jurisdictionis Sede vacante, spectantia alias ad Episcopum inter se dividere aut absumere de quo & illius limitatione q. 499.) aut quicquam immutare, quod Episcopo futuro cederet in præjudicium. Nisi forte alienatio cederet in magnam ecclesiæ utilitatem, & tunc daretur ecclesiæ defensor, præmisso tractatu & cognitione causa. Aut ingrueret Casus maximæ necessitatis, ut neque alienatio deferri posset ad futurum Successorem, neque recurri ad Papam. De cætero extra dubium est, quin possit vacantis Episcopatus bona transferre, accedente autoritate Papæ, & dato ab eo ad hoc defensore iurium & bonorum Episcopali. Circa quam authoritatem si facta alienatio, potest Episcopus successor eam rescindere, vel, si cedat in utilitatem ecclesiæ, eam confirmare. Regulariter autem, Capitulo Sede vacante occupante vel dilapidante bona ad ecclesiæ vel successorem spectantia, Canonicos ab officio & beneficio suspensi, usque dum ea restituant, ajung plures. Ut hæc omnia dixi & AA. testimonij stabilivi. qu. 493.

2. R Esp. Ad Secundum: Sed neque Capitulum Sede vacante & carente legitimo defensore, sicutem super ecclesiæ bonis & iuribus inchoare, aut à Praelato defuncto inchoatam, sive agendo, sive respondendo prosequi potest. Secus est de Capitulo Ecclesiæ inferioris vacantis, quod, interveniente auctoritate episcopal, potest in iudicio agere super bonis & iuribus suis, maximè, ubi vacantia diutius iuratura. Et hæc intelligenda de bonis & iuribus propriis Episcopo seu Praelature, aut eidem & Capitulo communibus, controversiis, exigentibus cognitionem definitionemque judicialem! secus est de bonis privatiè ad Capitulum spectantibus. qu. 494. uti nec iudicare potest de causis pertinentibus ad Episcopum super proprietate aliquius certi juris seu jurisdictionis. qu. 495.

*Quæst. 86. Quid possit Capitulum circa accipendum mutuo pecuniam, & exigendum subsidium caritativum?*

R Esp. Non potest accipere mutuo pectinias, eoque nomine obligare ecclesiæ, niſi tortè pro necessitatibus ecclesiæ vacantis dilationem non patientibus. qu. 497. Quemadmodum etiam in eo casu, non extra illum, postulare potest subsidium caritativum; quod tamen statuto suo aliave dispositione minuerit nequit; quin etiam ex Casu f. 3 tionis,